4 scriptos vocum sonis et carmina. Quamquam id quidem etiam duodecim tabulae declarant, condi iam tum solitum esse carmen, quod ne liceret fieri ad alterius iniuriam lege sanxerunt. Nec vero illud non eruditorum temporum argumentum est, quod et deorum pulvinaribus et epulis magistratuum fides praecinunt, 10 quod proprium eius fuit, de qua loquor, disciplinae. Mihi quidem etiam Appii Caeci carmen, quod valde Panaetius laudat epistula quadam, quae est ad Q. Tuberonem, Pythagoreum videtur. Multa etiam sunt in nostris institutis ducta ab illis, quae praetereo, ne ea, quae repperisse ipsi putamur, aliunde didicisse videa- 15
5 mur. Sed ut ad propositum redeat oratio, quam brevi tempore

1. *mentis — traducere.* Quintil. IX. 4, 12: *Pythagoreis moris fuit — cum somnum peterent, ad lyram prius lenire mentes, ut, si quid esset turbidiorum cogitationum, componerent.*

2. *in Originibus*, s. zu I. 2, 3, wo auch dieselbe Sitte erwähnt wird.

4. *ad tibiam* = I. 2, 3: *ad tibicinem.*

5. *discriptos vocum sonis*: nach den Tönen der Stimmen harmonisch gegliederte oder komponierte Gesänge.

7. *duodecim tabulae.* Cicero de rep. IV. 10: *XII tabulae cum perpaucas res capite sanxissent, in his hanc quoque sanciendam putaverunt, si quis occentavisset sive carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumve alteri*, Die Worte des Gesetzes selbst (*tab. VIII. de delictis*) lauten: *sei quei* (*quis*) *pipulod* (*convicio*) *ocentasit carmenve condisit* (*condiderit*) *quod infamiam facsit flagitiomq alterei, fuste feritod* (*feriatur*).

9. *vero*, wie I. 39, 93; *eruditorum temporum*, eine bei Cicero sehr seltene Verbindung, jedoch vgl. de deor. n. II. 18, 48: *eruditum illum pulverem* (der Mathematiker).

10. *deorum pulvinaribus* (Abl. der Zeit, wie *gladiatoribus* oder *ludis*) bezieht sich auf die *lectisternia*, d. h. die sogen. Gastmähler der Götter, an welchen die Götterbilder, auf Kissen gesetzt, symbolisch teilnahmen. Liv. V. 13 u. XX. 10.

epulis magistratuum, beim Amtsantritte, besonders der Ädilen.

fides praecinunt. Auch hieraus schliefst Cic. zuviel für die Kultur des alten Rom.

12. *Appius Claudius Caecus* legte als Censor 311 v. Chr. die *Appia via* und Aquäducte an, war später zweimal Konsul, und hintertrieb 280 die Abschliefsung des Friedens mit Pyrrhus. Das hier erwähnte Gedicht enthielt Sittensprüche, war aber gewifs nicht Pythagoreischen, sondern echt römischen Geistes.

Panaetius, zu I. 18, 42.

epistula quadam, die (nach de fin. IV. 9, 23) von der Ertragung des Schmerzes handelte.

13. *Q. Aelius Tubero*, des jüngern Scipio Africanus Schwestersohn (133 als trib. pl. Gegner des Tib. Cracchus), Freund der stoischen Philosophie.

16. *redeat oratio*, vgl. zu III. 33, 80: *aberravit oratio.*

quot et quanti poëtae, qui autem oratores exstiterunt! facile ut appareat nostros omnia consequi potuisse, simul ut velle coepissent.

Sed de ceteris studiis alio loco et dicemus, si usus fuerit, 3
et saepe diximus. Sapientiae studium vetus id quidem in nostris, sed tamen ante Laelii aetatem et Scipionis non reperio, quos appellare possim nominatim; quibus adulescentibus Stoicum Diogenen et Academicum Carneadem video ad senatum ab Atheniensibus missos esse legatos, qui cum rei publicae nullam umquam partem attigissent essetque eorum alter Cyrenaeus, alter Babylonius, numquam profecto scholis essent excitati neque ad illud munus electi, nisi in quibusdam principibus temporibus illis fuissent studia doctrinae. Qui cum cetera litteris mandarent, alii ius civile, alii orationes suas, alii monumenta maiorum, hanc

1. *quot et quanti poëtae.* Vgl. I. 1, 3, wo Cicero der Wahrheit wenigstens näher kommt als hier.

autem dient in Aufzählungen dazu, das Neue als etwas vom Vorhergehenden Verschiedenes bemerkbar zu machen, wie V. 20, 57: *qua pulchritudine urbem, quibus autem opibus praeditam* cet.

2. *nostros omnia consequi potuisse.* Vgl. I. 1, 1.

simul ut, für *simul ac*, einigemal bei Cicero; so p. Planc. 6, 14: *simul ut qui sint professi videro*; Phil. III. 1, 2; in Verr. I. 26, 67.

4. *usus = opus*; *fuerit*, Fut. ex., wie II. 16, 37.

5. *vetus id quidem.* Wegen *quidem* s. zu I. 3, 6. Die Sache selbst ist leere Prahlerei; denn vor dem im folgenden erwähnten Ereignis finden sich in Rom durchaus keine Spuren einer spekulativen Geistesrichtung.

7. *quibus adulescentibus*, 155 v. Chr., wo Scipio (Afr. min.) gerade 30, Lälius etwa 33 Jahre zählte.

Diogenen, s. zu I. 26, 65; *Carneadem*, zu III. 22, 54; *video*, wie 22, 50 = *scio*.

9. *missos esse legatos.* Als dritter war der Peripatetiker Critolaus dabei. Vgl. Einl. a. Anf.

10. *alter — alter*: 'letzterer — ersterer'; vgl. I. 38, 91. Diogenes war eigentlich aus Seleucia, hiefs aber gewöhnlich der Babylonier, wegen der Nähe beider Orte.

11. *scholis excitati = e scholis protracti.* Auch in der älteren Zeit wurden öfters durch Redegewandtheit ausgezeichnete Männer als Gesandte gebraucht; so Gorgias von den Leontinern, Cineas vom Pyrrhus, Crates Mallotes 167 vom Könige Attalus. Eigentliche Staatsmänner hatten die Athener überdies jetzt nicht mehr. Der von Cicero angebrachte Grund ist nicht richtig.

12. *in quibusdam principibus.* Bei der Jugend der gebildeten Stände Roms fanden die drei Athener zwar vielen Beifall; indes suchten andere, die von der Philosophie der Griechen Gefahr für die römische Sittenstrenge fürchteten, wie namentlich Cato Censorius, diese Gesandtschaft möglichst bald wieder von Rom zu entfernen. Vgl. de or. II. 37, 154.

13. *doctrinae = sapientiae* oder *philosophiae.*

14. *ius civile*, wie der I. 9, 18 genannte Älius Sextus; *orationes — monumenta* (= *res gestas*), wie Cato in seinen Origines, vgl. Cat. M. 11, 38.

amplissimam omnium artium, bene vivendi disciplinam, vita ma-
6 gis quam litteris persecuti sunt. Itaque illius verae elegantisque
philosophiae, quae ducta a Socrate in Peripateticis adhuc per-
mansit et idem alio modo dicentibus Stoicis, cum Academici
eorum controversias disceptarent, nulla fere sunt aut pauca ad-
modum Latina monumenta sive propter magnitudinem rerum
occupationemque hominum, sive etiam quod imperitis ea pro-
bari posse non arbitrabantur, cum interim illis silentibus C. Ama-
finius exstitit dicens, cuius libris editis commota multitudo con-
tulit se ad eam potissimum disciplinam, sive quod erat cognitu
perfacilis, sive quod invitabantur inlecebris blandis voluptatis,
sive etiam, quia nihil erat prolatum melius, illud, quod erat, te-
7 nebant. Post Amafinium autem multi eiusdem aemuli rationis
multa cum scripsissent, Italiam totam occupaverunt, quodque
maxumum argumentum est non dici illa subtiliter, quod et tam
facile ediscantur et ab indoctis probentur, id illi firmamentum
esse disciplinae putant.

1. *vita magis quam litteris.* Man lese darüber de fin. III. 3, 11 nach.

2. *illius verae — philosophiae.* Vgl. I. 23, 55.

3. *ducta a Socrate* ‘vom S. ausgegangen; mit S. beginnend’, wie II. 4, 10: *sermo — o tali quodam ductus exordio.*

4. *idem alio modo.* So de fin. III. 12, 41: *in omni hac quaestione, quae de bonis et malis appelletur, non esse rerum Stoicis cum Peripateticis controversiam, sed nominum.*

Academici, die Anhänger der neueren Akademie; *cum — disceptarent = disceptare studerent* (*conarentur*). Zur Sache vgl. V. 41, 120.

8. *C. Amafinius* (oder Amafanius), ein Epikureer (s. die Einleitung), schrieb *de rerum natura* (wie auch die späteren römischen Epik., z. B. Lucrez, zur Bekämpfung des Aberglaubens, vorzugsweise die Physik behandelten). Acad. post. I. 2, 5: (*Amafinius et Rabirius*) *nulla arte adhibita de rebus ante oculos positis volgari sermone disputant, nihil definiunt, nihil partiuntur —, nullam denique artem esse nec dicendi nec disserendi putant.* — Ciceros Urteil ist nicht unbedingt anzunehmen, zumal da er (II. 3, 7) die Schriften der römischen Epikureer gar nicht gelesen zu haben vorgiebt.

9. *dicens*, im Gegensatz zu *illis silentibus* nicht ohne eine gewisse Ironie gesagt.

10. *cognitu perfacilis.* So de fin. I. 8, 27; *cum praesertim illa* (Epikurs Lehre) *perdiscere ludus esset.*

11. *invitabantur*, in Bezug auf *multitudo*, s. III. 28, 70 zu *intellegant.*

inlecebris blandis voluptatis. Genauer sollte es heifsen *blandae vol.*, aber auch bei Cicero schon findet sich diese mehr den Dichtern eigentümliche Vertauschung der Attribute (Hypallage); vgl. de deor. n. III. 27, 69: *spe dubiae salutis*; umgekehrt ibid. II. 39, 98: *fontium gelidas perennitates*; p. Mur. 4, 8: *amplitudo summam mihi superbiae crudelitatisque famam inussisset.* Später ist dieser Gebrauch häufiger geworden.

12. *sive — tenebant*, Übergang in einen Hauptsatz wie I. 1, 1; III. 22, 54 u. a.

13. *eiusdem aemuli rationis* ‘eifrige Anhänger desselben Systems’, z. B. Rabirius und Catius Insuber.

Sed defendat quod quisque sentit; sunt enim iudicia libera; 4
nos institutum tenebimus nullisque unius disciplinae legibus
adstricti, quibus in philosophia necessario pareamus, quid sit in
quaque re maxime probabile semper requiremus. Quod cum
saepe alias, tum nuper in Tusculano studiose egimus. Itaque
expositis tridui disputationibus quartus dies hoc libro conclu-
ditur; ut enim in inferiorem ambulationem descendimus, quod
feceramus idem superioribus diebus, acta res est sic:

M. Dicat, si quis volt, qua de re disputari velit. *A.* Non 8
mihi videtur omni animi perturbatione posse sa-
piens vacare. *M.* Aegritudine quidem hesterna disputatione
videbatur, nisi forte temporis causa nobis adsentiebare. *A.* Minime
vero; nam mihi egregie probata est oratio tua. *M.* Non igitur
existimas cadere in sapientem aegritudinem? *A.* Prorsus non
arbitror. *M.* Atqui, si ista perturbare animum sapientis non
potest, nulla poterit. Quid enim? metusne conturbet? at earum
rerum est absentium metus, quarum praesentium est aegritudo.
Sublata igitur aegritudine sublatus est metus. Restant duae per-
turbationes, laetitia gestiens et libido; quae si non cadent in sa-
pientem, semper mens erit tranquilla sapientis. *A.* Sic prorsus 9
intellego. *M.* Utrum igitur mavis? statimne nos vela facere an
quasi e portu egredientis paululum remigare? *A.* Quidnam est
istuc? non enim intellego. *M.* Quia Chrysippus et Stoici, cum 5

1. *quod quisque sentit.* S. zu I. 2, 4 und vgl. Lael. 9, 29: *ut sit per quem adsequatur quod quisque desideret.* So auch das Indefin. *quis*, z. B. I. 4, 7: *de quo quis audire vellet.*

2. *institutum* 'unsern Grundsatz'. *nullisque*, wie V. 29, 82: *te nulla vincula impediunt ullius certae* (= *unius*) *disciplinae.*

4. *requiremus*, stärker als *quaeremus*, s. d. krit. Anh.

6. *concluditur* = *comprehenditur* od. *continetur.*

7. *in inferiorem ambulationem* = *in Academiam*; s. zu II. 3, 9.

12. *temporis causa* (= *tempori cedens*) 'im Drange des Augenblicks'. Vgl. Acad. II. 35, 113: *nec dico temporis causa, sed ita plane probo.*

14. *aegritudo — metus — laetitia gestiens — libido*; s. III. 11, 24, 25.

16. *Quid enim?* 'Denn wie?' fragt stets nach dem Beweis für eine allgemeine Behauptung, um diese durch Widerlegung einzelner entgegengesetzter konkreter Fälle zu begründen. Diese mit *Quid enim* eingeleitete Frage ist also immer nur rhetorische Form für eine negative Behauptung, = *Neque enim.* Vgl. I. 25, 60; III. 21, 51.

21. *intellego* 'fasse auf, sehe an', vgl. de or. I. 47, 206: *quid tu intellegas, sentiemus*; ebds. II. 74, 298.

vela facere für *pandere* (5, 9) ist selten; in Verr. V. 34, 88: *vela fieri — imperavit.*

23. *Chrysippus et Stoici* 'Chr. u. die Stoiker überhaupt'. So V. 4, 10: *siderum magnitudines, intervalla, cursus et cuncta caelestia*; de leg. I. 21, 55: *valde a Xenocrate et Aristotele et ab illa Platonis familia discreparet.* Über Chr. s. I. 45, 108.

de animi perturbationibus disputant, magnam partem in his partiendis et definiendis occupati sunt, illa eorum perexigua oratio est, qua medeantur animis nec eos turbulentos esse patiantur, Peripatetici autem ad placandos animos multa adferunt, spinas partiendi et definiendi praetermittunt —, quaerebam igitur utrum panderem vela orationis statim an eam ante paululum dialecticorum remis propellerem. *A.* Isto modo vero; erit enim hoc totum, quod quaero, ex utroque perfectius. *M.* Est id quidem rectius, sed post requires, si quid fuerit obscurius. *A.* Faciam equidem; tu tamen, ut soles, dices ista ipsa obscura planius quam dicuntur a Graecis. *M.* Enitar equidem, sed intento opus est animo, ne omnia dilabantur, si unum aliquid effugerit.

Quoniam, quae Graeci πάθη vocant, nobis perturbationes appellari magis placet quam morbos, in his explicandis veterem illam equidem Pythagorae primum, dein Platonis discriptionem

4. *spinas partiendi et definiendi.* Dieser Metapher bedient sich Cic. öfter in Bezug auf die Stoiker. So de fin. IV. 28, 79: *Panaetius — nec disserendi spinas probavit*; ib. III. 1, 3: *Stoicorum autem non ignoras quam sit subtile vel spinosum potius disserendi genus.*

5. *igitur* ‘also, wie gesagt’, vgl. I. 28, 70. Der Satz schliefst sich anakoluthisch u. in genauerer Ausführung der vorhergehenden Frage statt des erwarteten Nachsatzes: *illa quaesivi* an den Vordersatz an.

6. *dialecticorum,* Neutrum.

7. *Isto modo vero* ‘Ja, auf diese (d. h. die letztere) Art’ (s. z. I. 11, 25). Er soll also mit den *spinis partiendi et definiendi* beginnen (*orationem dialecticorum remis propellere*) und danach sich über die Sache weiter und freier ergehen (*vela orationis pandere*).

8. *ex utroque* ‘durch die Anwendung beider Methoden’; es gehört zum Subj. = *cum erit ex utroque* sc. *mixtum.*

11. *intento — animo*, vgl. II. 5, 15: *animoque mihi opus est non repugnante.*

12. *ne omnia dilabantur.* De fin. III. 22, 74 heifst es vom stoischen System: *admirabilis compositio disciplinae incredibilisque me rerum traxit ordo. — Quid non sic aliud ex alio nectitur, ut, si ullam litteram moveris, labent omnia? Nec tamen quicquam est, quod moveri possit.*

13. *πάθη — perturbationes — morbos.* Vgl. III. 4, 7.

15. *Pythagorae — Platonis discriptionem.* Vgl. I. 10, 20 und zu II. 21, 47. Mit Unrecht legt Cicero Platos Einteilung auch dem Pythagoras bei (Diog. L. VIII. 30 giebt vielmehr als Pythagoreische Lehre an: *τὴν ἀνθρώπου ψυχὴν διαιρεῖσθαι τριχῇ, εἴς τε νοῦν καὶ φρένας καὶ θυμόν· νοῦν μὲν οὖν καὶ θυμὸν εἶναι καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις, φρένας δὲ μόνον ἐν ἀνθρώπῳ*). Die Stoiker andererseits nahmen acht Teile der Seele an: *τὰ αἰσθητικά* (die fünf Sinne), *τὸ φωνητικόν*, *τὸ γεννητικόν* (*σπερματικόν*) und *τὸ διανοητικόν* (*ἡγεμονικόν*), ohne diese geistigen Kräfte örtlich zu scheiden, und versetzten die Leidenschaften in den vernünftigen Teil. — Cicero also folgt darin dem Plato, dafs er die Seele in einen vernünftigen und einen nichtvernünftigen Teil scheidet und letzteren als den Sitz der *πάθη, perturbationes,* ansieht; im übrigen aber schliefst

sequar, qui animum in duas partis dividunt, alteram rationis participem faciunt, alteram expertem; in participe rationis ponunt tranquillitatem, id est placidam quietamque constantiam, in illa altera motus turbidos cum irae tum cupiditatis contrarios inimicosque rationi. Sit igitur hic fons; utamur tamen in his 11
perturbationibus discribendis Stoicorum definitionibus et partitionibus, qui mihi videntur in hac quaestione versari acutissime.

Est igitur Zenonis haec definitio, ut *perturbatio* sit, quod 6
πάθος ille dicit, aversa a recta ratione contra naturam animi commotio. Quidam brevius, perturbationem esse appetitum vehementiorem, sed vehementiorem eum volunt esse, qui longius discesserit a naturae constantia. Partis autem perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis nasci et ex duobus opinatis malis; ita esse quattuor, ex bonis *libidinem* et *laetitiam*, ut sit laetitia praesentium bonorum, libido futurorum, ex malis *metum* et *aegritudinem* nasci censent, metum futuris, aegritudinem praesentibus; quae enim venientia metuuntur, eadem adficiunt aegritudine instantia. Laetitia autem et libido in bonorum opinione 12
versantur, cum libido ad id, quod videtur bonum, inlecta et inflammata rapiatur, laetitia ut adepta iam aliquid concupitum efferatur et gestiat. Natura enim omnes ea, quae bona videntur, sequuntur fugiuntque contraria. Quam ob rem simul obiecta species est cuiuspiam, quod bonum videatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura. Id cum constanter prudenterque fit, eius

er sich in der Behandlung dieses Themas (bis c. 14) den Stoikern an.

4. *cum irae, tum cupiditatis*; s. I. 10, 20.

8. *Zenonis definitio.* Diog. L. VII, 110: *Ἔστι δὲ αὐτὸ τὸ πάθος κατὰ Ζήνωνα ἡ ἄλογος καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησις ἢ ὁρμὴ πλεονάζουσα.*

9. *contra naturam*, adjektivisch: 'naturwidrig', wie II. 3, 7: *sine delectatione.* Vgl. unten § 13.

11. *volunt*, s. zu I. 10, 20. Ebenso unten 7, 15.

12. *a naturae constantia* 'von der naturgemäfsen Beständigkeit'.

Partis 'Species, Arten', s. zu III. 11, 24, wo jedoch (wie auch nachher § 16 und 20 wieder) die Unterabteilungen der vier *perturbationes partes*, diese selbst aber *genera* genannt werden.

13. *opinatis bonis*, s. zu III. 11, 24. Ebenso § 14. Zur Sache vgl. Epict. Enchir. c. 5: *Ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους οὐ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα.*

16. *futuris — praesentibus.* Wegen des nicht wiederholten *ex* s. z. III. 15, 33: *avocatione.* Vgl. auch de off. I. 37, 134: *videat quibus de rebus loquatur: si seriis, severitatem adhibeat, si iocosis leporem.*

18. *instantia = praesentia*, auch 30, 64.

20. *ut adepta, ὡς τυχοῦσα.* Vgl. I. 8, 15: *ut Siculi.*

22. *simul*, für *simul atque*, wie Acad. II. 27, 86: *Simul inflavit tibicen, a perito carmen agnoscitur*; auch bei Cäsar und Livius bisweilen.

modi appetitionem Stoici *βούλησιν* appellant, nos appellemus *voluntatem*. Eam illi putant in solo esse sapiente, quam sic definiunt: voluntas est, quae quid cum ratione desiderat. Quae
13 autem a ratione aversa incitata est vehementius, ea *libido* est vel cupiditas effrenata, quae in omnibus stultis invenitur. Itemque cum ita movemur, ut in bono simus aliquo, dupliciter id contingit. Nam cum ratione animus movetur placide atque constanter, tum illud *gaudium* dicitur; cum autem inaniter et effuse animus exsultat, tum illa *laetitia gestiens* vel *nimia* dici potest, quam ita definiunt, sine ratione animi elationem. Quoniamque, ut bona natura appetimus, sic a malis natura declinamus, quae declinatio cum ratione fiet, *cautio* appelletur eaque intellegatur in solo esse sapiente; quae autem sine ratione et cum exanima-
14 tione humili atque fracta, nominetur *metus*; est igitur metus a ratione aversa cautio. Praesentis autem mali sapientis adfectio nulla est; stultorum [autem] *aegritudo* est, eaque adficiuntur in malis opinatis animosque demittunt et contrahunt rationi non obtemperantes. Itaque haec prima definitio est, ut aegritudo sit animi adversante ratione contractio. Sic quattuor *perturbationes* sunt, tres *constantiae*, quoniam aegritudini nulla constantia opponitur.
7 Sed omnis perturbationes iudicio censent fieri et opinione. Itaque eas definiunt pressius, ut intellegatur non modo quam

1. *βούλησις*, im Gegensatz zur *ἐπιθυμία* (*libido*). Jene erklärten sie durch *εὔλογος ὄρεξις*, diese durch *ἄλογος ὄρεξις*.

7. *ratione* cet. Vorher und nachher ist in gleichem Sinne *cum ratione* gesagt. Die Verbindung der Präposition mit der gleichlautenden Konjunktion ist aber Ciceros Gefühl zuwider gewesen. Vgl. 38, 83: *ratione propositum*.

8. *gaudium*, bei den Stoikern *χαρά* oder *εὔλογος ἔπαρσις*, im Gegensatz zur *ἡδονή* oder *ἄλογος ἔπαρσις* (*laetitia*).

10. *sine ratione*, s. zu 6, 11: *contra naturam*. Zeno bei Diog. L. VII. 114: *ἡδονὴ δέ ἐστιν ἄλογος ἔπαρσις ἐφ' αἱρετῷ δοκοῦντι ὑπάρχειν*. Vgl. aufserdem zu III. 18, 41: *ita novi* und de fin. II. 4, 13: *qui eam (voluptatem) sic definiunt, sublationem animi sine ratione*.

12. *cautio* = *εὐλάβεια* oder *εὔλογος ἔκκλισις*; *metus* = *φόβος* oder *ἄλογος ἔκκλισις*. Diog. L. VII. 116. — *eaque intellegatur* cet. So de deor. n. I. 38, 106: (*dii*) *esse beati atque aeterni intellegantur*.

15. *Praesentis mali sapientis adfectio* (Einwirkung), vgl. II. 15, 35; *functio — animi — operis*.

16. *aegritudo* = *λύπη* oder *συστολὴ ἄλογος*. Diog. L. VII. 110.

17. *animosque contrahunt* (wofür Kap. 7 *contrahi animo* gesagt ist) u. *animi contractio*, vgl. I, 37, 90.

19. *quattuor perturbationes* cet. 'vier Arten von Seelenverstimmungen und drei Arten von geordneten Seelenzuständen'.

20. *constantiae*, *εὐπάθειαι* bei den Stoikern. Diog. L. VII. 115.

21. *iudicio*, s. zu III. 28, 67.

22. *pressius* 'genauer' (nämlich durch Zusetzung des Begriffs *opinio*).

vitiosae, sed etiam quam in nostra sint potestate. Est ergo *aegritudo* opinio recens mali praesentis, in quo demitti contrahique animo rectum esse videatur, *laetitia* opinio recens boni praesentis, in quo efferri rectum esse videatur, *metus* opinio impendentis mali, quod intolerabile esse videatur, *lubido* opinio venturi boni, quod sit ex usu iam praesens esse atque adesse. Sed quae iudicia quasque opiniones perturbationum esse dixi, non in eis perturbationes solum positas esse dicunt, verum illa etiam, quae efficiuntur perturbationibus, ut aegritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat, metus recessum quendam animi et fugam, laetitia profusam hilaritatem, lubido effrenatam appetentiam. *Opinationem* autem, quam in omnis definitiones superiores inclusimus, volunt esse imbecillam adsensionem. Sed singulis perturbationibus partes eiusdem generis plures subiciuntur, ut *aegritudini* invidentia — utendum est enim docendi causa verbo minus usitato, quoniam invidia non in eo, qui invidet, solum di-

1. *Est ergo aegritudo*, s. zu III. 11, 25: *metus*. Daſs schon die griechischen Quellen, aus welchen Cic. geschöpft hat, die *perturbatio* unmittelbar als eine *opinio* bezeichneten, wird aus Andron. Rhod. p. 523 wahrscheinlich: *λύπη, δόξα πρόσφατος* (*recens*) *κακοῦ παρουσίας, ἐφ' ᾧ οἴονται δεῖν συστέλλεσθαι* (*contrahi*)· *ἡδονή, δόξα πρόσφατος ἀγαθοῦ παρουσίας, ἐφ' ᾧ οἴονται δεῖν ἐκτείνεσθαι* (*efferri*). Zu *recens* vgl. III. 11, 25 u. 31, 75; zu *rectum* III. 27, 64.

6. *quod sit ex usu = q. expediat; praesens esse atque adesse*, zur nachdrücklicheren Hervorhebung der Sache: 'unmittelbar gegenwärtig sein'.

Sed quae iudicia cet. Cic. will hier auf den Unterschied zwischen der Ansicht Chrysipps und der älteren Stoiker hinweisen, insofern diese die *perturbatio* von der *opinio* unterschieden und als den durch sie hervorgerufenen Gemütszustand (Niedergeschlagenheit *συστολή* und Erregung *ἔπαρσις*) bezeichneten, während jener die *opinio* selbst schon für die Leidenschaft ansieht und somit die Äufserungen der letzteren von ihr sondert. Aber Cic. ist unklar und vermischt diese beiden Ansichten mit einander.

8. *solum*, s. zu I. 27, 66: *sola divina*.

10. *recessum — et fugam = contractionem animi*, *συστολὴν τῆς ψυχῆς*.

12. *Opinatio*, von Cicero neu gebildet, drückt besser als *opinio* die blofse *actio opinandi* 'die subjektive Vorstellung' aus; s. auch 11, 26.

13. *imbecillam* (haltlose) *adsensionem*, griechisch *ἀσθενὴς συγκατάθεσις*. Vgl. Acad. I. 11, 42: *Errorem autem et temeritatem et ignorantiam et opinationem et suspicionem et uno nomine omnia, quae essent aliena firmae et constantis adsensionis* (d. i. *συγκατάθεσις ἀσφαλὴς καὶ ἀμετάπτωτος* oder *ἐπιστήμη*) *a virtute sapientiaque* (Zeno) *removebat*.

15. *invidentia* 'Scheelsucht', mit derselben Bemerkung schon III. 9, 20.

16. *in eo — dicitur*. Vgl. III. 26, 62: *in quo facetum illud Bionis* (sc. *dictum est*).

citur, sed etiam in eo, cui invidetur —, aemulatio, obtrectatio, misericordia, angor, luctus, maeror, aerumna, dolor, lamentatio, sollicitudo, molestia, adflictatio, desperatio et si quae sunt de genere eodem. Sub *metum* autem subiecta sunt pigritia, pudor, terror, timor, pavor, exanimatio, conturbatio, formido, *voluptati* malivolentia [laetans malo alieno], delectatio, iactatio et similia, *lubidini* ira, excandescentia, odium, inimicitia, discordia, indigentia, desiderium et cetera eius modi.

8 17 Haec autem definiunt hoc modo. *Invidentiam* esse dicunt aegritudinem susceptam propter alterius res secundas, quae nihil noceant invidenti. Nam si qui doleat eius rebus secundis, a quo ipse laedatur, non recte dicatur invidere, ut si Hectori Agamemno; qui autem, cui alterius commoda nihil noceant, tamen eum doleat iis frui, is invideat profecto. *Aemulatio* autem dupliciter illa quidem dicitur, ut et in laude et in vitio nomen hoc sit; nam et imitatio virtutis aemulatio dicitur — sed ea nihil hoc loco utimur; est enim laudis —, et est aemulatio aegritudo, si eo, quod

1. *aemulatio*, Eifersucht; *obtrectatio*, Verkleinerungssucht; *luctus*, Trauer (bes. um Tote); *maeror*, Jammer; *aerumna*, Trübsal; *sollicitudo*, Betrübnis; *molestia*, Verdriefslichkeit; *adflictatio*, Qual, Pein.

4. *Sub metum.* Man beachte den Wechsel in der Konstruktion von *subicere*; nachher wieder Dative. Vgl. 11, 25: *odium mulierum* und *in hominum universum genus.*

pigritia: Verdrossenheit.

5. *timor*, Bangigkeit; *pavor*, Bestürzung; *exanimatio*, Entsetzen; *formido*, Verzagtheit.

6. *malivolentia*, griech. *ἐπιχαιρεκακία*. Vgl. III. 25, 60: *malivolos.*

et similia. Wenn das letzte Glied einer asyndetischen Reihe der Gesamtheit der andern gegenübertritt, so ist die kopulative Konjunktion bei diesem gerechtfertigt. Vgl. III. 2, 3: *et inhaerescunt.* So gleich nachher: *et cetera eius modi*; V. 5, 13: *constantia, gravitas — reliquaeque virtutes.* Notwendig aber ist die Konj. nicht, z. B. 27, 59: *ad metum, libidinem, reliquas*; 31, 66: *honores, divitiae, voluptates, cetera.* Anders II. 21, 47: *et languidum.*

7. *excandescentia*, Aufwallung; *inimicitia*, Anfeindung; *discordia*, Groll.

indigentia hier 'Ungenügsamkeit' (s. 9, 21), von Cicero neu gebildet, wie auch *excandescentia.*

9. *Invidentiam.* Diog. L. VII. 111: *φθόνος ἐστὶ λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς.* Cicero vervollständigt diese Definition durch den Zusatz: *quae nihil noceant invidenti*, den er im folgenden Satze motiviert. Wie mangelhaft übrigens mehrere der folgenden Definitionen sind, liegt auf der Hand.

10. *susceptam*, s. zu III. 31, 74.

14. *Aemulatio.* Diog. L. I. 1: *ζῆλος λύπη ἐπὶ τῷ ἄλλῳ παρεῖναι, ὧν αὐτὸς ἐπιθυμεῖ.* Stob. Ecl. eth. II. 7, p. 178: *ζῆλος δὲ λύπη ἐπὶ τᾷ ἕτερον ἐπιτυγχάνειν, ὧν αὐτὸς ἐπιθυμεῖ, αὐτὸν δὲ μή· λέγεσθαι δὲ καὶ ἑτέρως ζῆλον, μακαρισμοῦ ἕνδειαν, ἤτοι ἄλλον μίμησιν ὡσεὶ κρείττονος.* Unten 26, 56: *cum sit aemulantis, angi alieno bono, quod ipse non habeat.*

15. *illa quidem*, s. zu I. 3. 6.

in vitio, s. zu III. 9, 19.

concupierit, alius potiatur, ipse careat. *Obtrectatio* autem est, 18
ea quam intellegi ζηλοτυπίαν volo, aegritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ipse concupiverit. *Misericordia* est aegritudo ex miseria alterius iniuria laborantis; nemo enim paricidae aut proditoris supplicio misericordia commovetur; *angor* aegritudo premens, *luctus* aegritudo ex eius, qui carus fuerit, interitu acerbo, *maeror* aegritudo flebilis, *aerumna* aegritudo laboriosa, *dolor* aegritudo crucians, *lamentatio* aegritudo cum eiulatu, *sollicitudo* aegritudo cum cogitatione, *molestia* aegritudo permanens, *adflictatio* aegritudo cum vexatione corporis, *desperatio* aegritudo sine ulla rerum exspectatione meliorum.

Quae autem subiecta sunt sub *metum*, ea sic definiunt: 19
pigritiam metum consequentis laboris, * * *terrorem* metum concutientem, ex quo fit ut pudorem rubor, terrorem pallor et tremor et dentium crepitus consequatur, *timorem* metum mali appropinquantis, *pavorem* metum mentem loco moventem; ex quod illud Ennius:

1. *concupierit*, näml. *aemulans* (aus *aemulatio*); vgl. zu I. 39, 93 u. IV. 11, 26: *iudicatio se scire, quod nesciat*; 20, 46: *cum — videat.*

Obtrectatio. Diog. L. I. 1: ζηλοτυπίαν λύπην (εἶναι) ἐπὶ τῷ καὶ ἄλλῳ παρεῖναι, ἃ καὶ αὐτὸς ἔχει. Stob. Ecl. eth. p. 176: ζηλοτυπίαν δὲ λύπην ἐπὶ τῷ ἕτερον ἐπιτυγχάνειν, ὧν αὐτὸς ἐπιθυμεῖ. Unten 26, 56: *obtrectantis autem, angi alieno bono, quod id etiam alius habeat.*

2. *aegritudo ex eo.* In Definitionen werden, der Kürze wegen, präpositionelle Zusätze gewöhnlich ohne weiteres an Substantiva angeschlossen. Vgl. auch zu 6, 11: *contra naturam.*

3. *Misericordia.* Diog. L.: ἔλεος, λύπη ὡς ἐπὶ ἀναξίως κακοπαθοῦντι.

5. *angor*: ἄχθος, λύπη βαρύνουσα.

7. *aerumna*: ὀδύνη, λύπη ἐπίπονος; *laboriosa* 'sich abquälend'.

9. *molestia*: ἀνία, λύπη ἐκ διαλογισμῶν μένουσα ἢ ἐπιτεινομένη; *adflictatio*: ἐνόχλησις, λύπη στενοχωροῦσα καὶ δυσχωρίαν παρασκευάζουσα. Für *luctus*, *maeror*, *dolor*, *lamentatio*, *sollicitudo* und *desperatio* giebt Diog. L. (VII. 112) keine griechischen Ausdrücke und Definitionen.

13. *pigritiam*: ὄκνος, φόβος μελλούσης ἐνεργείας.

* * Hier hat unzweifelhaft ein Abschreiber in ältester Zeit (nicht Cicero selbst, wie sich aus dem nachfolg. *pudorem rubor* ergiebt) die Definition von *pudor* ausgelassen, etwa: *pudorem metum dedecoris*, nach der Erklärung der Stoiker: αἰσχύνην εἶναι φόβον ἀδοξίας, oder (nach Gell. XIX, 9) *pudorem sanguinem diffundentem.*

terrorem. Diog. L. VII. 112 u. Stob. Ecl. II. 7, p. 178: ἔκπληξις, φόβος ἐκ φαντασίας ἀσυνήθους πράγματος. Ciceros Definition ist also eine verschiedene.

15. *consequatur*, s. zu I. 16, 36.

timorem: δεῖμα, φόβος δέος ἐμποιῶν. Cic. übersieht bei seiner Definition, dafs das Merkmal *mali appropinquantis* kein unterscheidendes sein kann, weil es schon dem Gattungsbegriff zukommt; vgl. 7, 14. Für *pavor* fehlt der entsprechende Begriff bei Diog. Laert.; ebenso für *formido.*

Tum pavor sapientiam omnem mi exanimato expectorat, exanimationem metum subsequentem et quasi comitem pavoris, *conturbationem* metum excutientem cogitata, *formidinem* metum permanentem.

9 *Voluptatis* autem partis hoc modo describunt, ut *malivo-* 5
20 *lentia* sit voluptas ex malo alterius sine emolumento suo, *delectatio* voluptas suavitate auditus animum deleniens, et qualis est haec aurium, tales sunt et oculorum et tactionum et odorationum et saporum, quae sunt omnes unius generis ad perfundendum animum tamquam inliquefactae voluptates. *Iactatio* est 10
21 voluptas gestiens et se efferens insolentius. Quae autem *libidini* subiecta sunt, ea sic definiuntur, ut *ira* sit libido poeniendi eius, qui videatur laesisse iniuria, *excandescentia* autem sit ira nascens et modo exsistens, quae θύμωσις Graece dicitur, *odium* ira inveterata, *inimicitia* ira ulciscendi tempus observans, *discordia* 15 ira acerbior intimo animo et corde concepta, *indigentia* libido inexplebilis, *desiderium* libido eius, qui nondum adsit, videndi. Distinguunt illud etiam, ut libido sit earum rerum, quae dicuntur

1. *Tum pavor* cet., aus Ennius' Alcumão, de orat. III. 58, 218 im Zusammenhange angeführt.

2. *exanimationem*: ἀγωνία, φόβος ἀδήλου πράγματος.

3. *conturbationem*: θόρυβος, φόβος μετὰ κατεπείξεως φωνῆς. An anderen Stellen, wie 10, 23, bedeutet *conturbatio* dasselbe als *perturbatio* überhaupt.

formidinem — permanentem. Mit dieser Erklärung steht Cic. zu dem röm. Sprachgebrauch im Widerspruch, da *formido* nicht eine dauernde Furcht, sondern vielmehr intensiv den höchsten Grad von Furcht (Grausen) bezeichnet.

5. *Voluptatis* = *laetitiae gestientis*; zu *ex malo* vgl. 8, 18: *ex eo.*

6. *delectatio*: κήλησις, ἡδονὴ δι' ὤτων καταχηλοῦσα. Die von Cic. gewählte Übersetzung ist offenbar nicht bezeichnend genug.

10. *inliquefactae* 'in Fluſs gesetzt'. ἅπ. λεγ.

Iactatio fehlt bei Diog. L. VII. 114.

12. *ira*, ὀργή. Zu *poeniendi* vgl. I. 44, 107.

13. *excandescentia.* Diog. L. hat dafür θυμός. Θύμωσις fand Cicero wahrscheinlich bei Chrysippus.

14. *modo exsistens* 'eben hervortretend', also nicht identisch mit *nascens.*

odium, griech. μῖσος.

15. *inimicitia* hier (als Abstr.) im Sing.; sonst Plurale tant. Gr. κότος.

16. *indigentia*, griech. σπάνις ἀτελής, s. 7, 16; *desiderium*, griech. πόθος. Doch entspricht die letztere Übersetzung weder dem stoischen Begriff von πόθος, was als ἐπιθυμία κατ' ἔρωτα τοῦ ἀπόντος erklärt wird, noch dem röm. Sprachgebrauch, nach welchem *desiderium* urspr. das Verlangen nach solchen uns wertvollen Dingen bezeichnet, welche wir nicht mehr besitzen.

18. *ut libido sit.* Sinn: Man macht aber zwischen *libido* u. *indigentia* auch den Unterschied, daſs jene sich auf ein beliebiges Prädikat (κατηγόρημα), dagegen *indigentia* sich auf die Dinge selbst bezieht. Ganz richtig, insofern wir

de quodam aut quibusdam, quae *κατηγορήματα* dialectici appellant, ut habere divitias, capere honores, indigentia rerum ipsarum sit, ut honorum, ut pecuniae. Omnium autem per- 22
turbationum fontem esse dicunt *intemperantiam*, quae est a tota mente [a recta ratione] defectio sic aversa a praescriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi nec contineri queant. Quem ad modum igitur temperantia sedat appetitiones et efficit, ut eae rectae rationi pareant, conservatque considerata iudicia mentis, sic huic inimica intemperantia omnem animi statum inflammat, conturbat, incitat, itaque et aegritudines et metus et reliquae perturbationes omnes gignuntur ex ea.

Quem ad modum, cum sanguis corruptus est aut pituita 10
redundat aut bilis, in corpore morbi aegrotationesque nascuntur, 23
sic pravarum opinionum conturbatio et ipsarum inter se repugnantia sanitate spoliat animum morbisque perturbat. Ex perturbationibus autem primum *morbi* conficiuntur, quae vocant illi *νοσήματα*, eaque, quae sunt eis morbis contraria, quae habent ad res certas vitiosam *offensionem* atque fastidium, deinde *aegrotationes*, quae appellantur a Stoicis *ἀῤῥωστήματα*, hisque item oppositae contrariae *offensiones*. Hoc loco nimium

einerseits genau genommen nicht das Objekt selbst, sondern den Besitz desselben wünschen, und andererseits *indigentia* auch die Bedeutung von Bedürftigkeit hat, in welcher es unmittelbar auf das Objekt bezogen wird und keine Art der *libido* ist.

1. *de quodam aut quibusdam.* So de inv. II. 54, 162: *de quo alicuius aut aliquorum iam sententiis constitutum est.*

2. *indigentia — sit*, zu der Wiederholung von *sit* vgl. I. 25, 60: *Quae sit illa vis et unde sit*; ebd. 11, 23.

16. *morbi, quae vocant illi νοσήματα*, vgl. I. 1, 1: *studio sapientiae, quae philosophia dicitur.* Aus den *perturbationes* entstehen einerseits die *morbi* und *aegrotationes*, beides krankhafte Neigungen zu bestimmten Dingen, andrerseits die *offensiones*, krankhafte Abneigungen gegen bestimmte Dinge, die aus (*aegritudo* u.) *metus* hervorgehen. Nach der Unterscheidung der Stoiker, welche Cic. selbst nicht völlig verstanden zu haben scheint, beruhen die *νοσήματα* (*morbi*) auf der Unfähigkeit, die Nichtigkeit der erstrebten Objekte zu erkennen, während die *ἀῤῥωστήματα* (*aegrotationes*) zwar jene Urteilsfähigkeit voraussetzen, aber in einer *imbecillitas* (13, 29), d. h. in der Ohnmacht, den andringenden Leidenschaften einen Widerstand entgegenzusetzen, ihren Grund haben. Sie sind also nicht quantitativ, sondern qualitativ von einander unterschieden und können aus jeder einzelnen Leidenschaft erwachsen. Dasselbe Verhältnis findet zwischen den *offensiones* statt.

17. *eaque* 'und diejenigen Zustände —'.

18. *ad res certas — offensionem*, wie III. 5, 11 *mentis ad omnia caecitas.*

20. *hisque oppositae*, lokal: 'diesen gegenüber'; *contrariae* qualitativ: 'entgegengesetzt'.

operae consumitur a Stoicis, maxime a Chrysippo, dum morbis corporum comparatur morborum animi similitudo; qua oratione praetermissa minime necessaria ea, quae rem continent, per-
24 tractemus. Intellegatur igitur perturbationem iactantibus se opinionibus inconstanter et turbide in motu esse semper; cum autem hic fervor concitatioque animi inveteravit et tamquam in venis medullisque insedit, tum exsistit et morbus et aegrotatio et offensiones eae, quae sunt eis morbis aegrotationibusque contrariae.

11 Haec, quae dico, cogitatione inter se differunt, re quidem copulata sunt, eaque oriuntur ex libidine et ex laetitia. Nam cum est concupita pecunia nec adhibita continuo ratio quasi quaedem Socratica medĭcina, quae sanaret eam cupiditatem, permanat in venas et inhaeret in visceribus illud malum, exsistitque morbus et aegrotatio, quae evelli inveterata non possunt, eique
25 morbo nomen est *avaritia*. Similiterque ceteri morbi, ut *gloriae cupiditas*, ut *mulierositas*, ut ita appellem eam, quae Graece *φιλογυνία* dicitur, ceterique similiter morbi aegrotationesque nascuntur. Quae autem sunt his contraria, ea nasci putantur a metu, ut *odium mulierum*, quale in *μισογύνῳ* Atili est, ut *in hominum universum genus*, quod accepimus de Timone, qui

1. *a Chrysippo*, s. zu I. 45, 108.

2. *comparatur*, s. zu III. 31, 74: *terminabit*; — *morborum animi similitudo*, Abstr. pro Concr.: *similes animi morbi*; s. III. 5, 11 zu *mediocritatem officiorum*. Über den Gegensatz von *corporum* und *animi* s. zu II. 23, 54.

qua oratione ‘eine Auseinandersetzung hierüber’; s. I. 19, 45 zu *haec pulchritudo*.

4. *Intellegatur*, hier mit dem Acc. c. Inf.; oben 6, 13 mit dem Nomin. c. Infin.

5. *cum — inveteravit* cet., s. II. 7, 17 zu *Adfirmat — dicet*.

7. *in venis medullisque*. Diese Ausdrücke, sowie *viscera* (11, 25), werden oft bildlich gebraucht, um das tiefe oder verborgene Innere zu bezeichnen, vgl. V. 9, 27; in Cat. I. 13, 31; in Phil. I. 15, 36.

10. *Haec, quae dico*, sc. *morbi et aegrotationes*.

cogitatione — re: ‘in der Theorie — in der Praxis’. Über *quidem* s. zu I. 27, 67.

13. *quae sanaret*, kondizional: welche heilen würde.

15. *evelli*, vgl. 14, 32.

17. *eam, quae — dicitur*. Vgl. I. 10, 19: *quae harmonia dicitur*.

18. *ceterique similiter morbi*, lästige Wiederholung. (Cicero hat an die flüchtig geschriebenen Tusculanen die letzte Hand nicht angelegt.)

19. *Quae — sunt his contraria*: die *offensiones*.

20. *odium mulierum — in hom. un. genus*. Ein ähnlicher Wechsel der Konstruktion, wie 7, 16 bei *subicere*.

in μισογύνῳ Atili, einer Bearbeitung von Menanders gleichnamigem Lustspiel. — Den M. Atilius, der nach de fin. I. 2, 5 auch Tragiker war, nennt Cicero ad Att. XIV. 20, 3 *poëta durissimus*.

21. *Timon* aus Athen, zu Sokrates'

μισάνθρωπος appellatur, ut *inhospitalitas* est, quae omnes aegrotationes animi ex quodam metu nascuntur earum rerum, quas fugiunt et oderunt. Definiunt autem animi *aegrotationem* 26 opinationem vehementem de re non expetenda, tamquam valde expetenda sit, inhaerentem et penitus insitam. Quod autem nascitur ex *offensione* ita definiunt, opinionem vehementem de re non fugienda inhaerentem et penitus insitam tamquam fugienda; haec autem opinatio est iudicatio se scire quod nesciat. *Aegrotationi* autem talia quaedam subiecta sunt: *avaritia, ambitio, mulierositas, pervicacia, ligurritio, vinulentia, cuppedia*, et si qua similia. Est autem avaritia opinatio vehemens de pecunia, quasi valde expetenda sit, inhaerens et penitus insita, similisque est eiusdem generis definitio reliquarum. *Offensionum* 27 autem definitiones sunt eius modi, ut *inhospitalitas* sit opinio vehemens valde fugiendum esse hospitem eaque inhaerens et penitus insita, similiterque definitur et *mulierum odium*, ut Hippolyti, et, ut Timonis, *generis humani*.

Atque ut ad valetudinis similitudinem veniamus eaque con- 12 latione utamur aliquando, sed parcius, quam solent Stoici, ut sunt alii ad alios morbos procliviores, itaque dicimus gravedi-

Zeit, welcher jeden Verkehr mit anderen Menschen mied, durch Lucian in einem eignen Dialoge vortrefflich geschildert.

1. *quae — aegrotationes animi*, hier im weitern Sinne, da er das meint, was er vorher *offensiones* genannt.

3. *Definiunt — animi aegrotationem.* Cic. verwechselt offenbar die *aegrotatio* mit dem *morbus*, von welchem hier die Definition gegeben wird. Vgl. Diog. L. VII. 115: *νόσημα οἴησις σφόδρα δοκοῦντος αἱρετοῦ.*

5. *Quod autem nascitur ex* cet. Wieder eine Ungenauigkeit Ciceros, da die *offensio* selbst und nicht das, was aus ihr hervorgeht, erklärt werden soll.

8. *haec autem opinatio* geht auf beide angeführte Arten der *opinatio*.

iudicatio für *iudicium* (vgl. 7, 15 zu *opinatio*), ebenfalls neu gebildet, wie *mulierositas* und *cuppedia* und § 28 *lapsio, despicatio*.

se scire. Se ist der reflexive Acc. auch von dem Indef. ‘man, einer’. Vgl. oben 9, 20: *sine emolumento suo*, und zu III. 16, 34: *nihil esse*.

9. *talia quaedam*: etwa folgende Zustände.

10. *ligurritio* = *gourmandise*, Leckerhaftigkeit; *cuppedia* (von *cupio* und *edere*), Naschhaftigkeit, *φιλοψία*.

16. *Hippolytus*, der Sohn des Theseus, der als ein Opfer der Rachsucht seiner Stiefmutter Phädra fiel, als er ihre verbrecherische Liebe zu ihm zurückgewiesen hatte. Vgl. Eurip. Hippol. v. 10 sq.

18. *Atque*, wie III. 13, 28; so auch unten 13, 30. Vgl. auch zu III. 7, 14: *quoniam*. *Aliquando* wie III. 32, 77. Ein Vergleich zwischen geistigen und körperlichen Zuständen ist übrigens schon einmal da gewesen: 10, 23.

20. *itaque* ‘und wie wir in dieser Beziehung —’.

nosos quosdam, quosdam torminosos, non quia iam sint, sed quia saepe, sic alii ad metum, alii ad aliam perturbationem. Ex quo in aliis *anxietas*, unde anxii, in aliis *iracundia* dicitur, quae ab *ira* differt, estque aliud iracundum esse, aliud iratum, ut differt *anxietas* ab *angore*; neque enim omnes anxii, qui anguntur aliquando, nec, qui anxii, semper anguntur, ut inter ebrietatem et ebriositatem interest, aliudque est amatorem esse, aliud amantem. Atque haec aliorum ad alios morbos proclivitas
28 late patet; nam pertinet ad omnes perturbationes; in multis etiam vitiis apparet, sed nomen res non habet. Ergo et invidi et malivoli [et lividi] et timidi et misericordes, quia proclives ad eas perturbationes, non quia semper, feruntur. Haec igitur proclivitas ad suum quodque genus a similitudine corporis aegrotatio dicatur, dum ea intellegatur ad aegrotandum proclivitas. Sed haec in bonis rebus, quod alii ad alia bona sunt aptiores, *facilitas* nominetur, in malis *proclivitas*, ut significet lapsionem, in neutris habeat superius nomen.

13 Quo modo autem in corpore est morbus, est aegrotatio, est
29 vitium, sic in animo. *Morbum* appellant totius corporis corruptionem, *aegrotationem* morbum cum imbecillitate, *vitium*, cum partes corporis inter se dissident, ex quo pravitas membrorum,

1. *iam* ‘eben’ von dem jedesmal Gegenwärtigen. (*Nunc* würde nur auf das dem Sprechenden Gegenwärtige gehen.)

2. *quia saepe*, vgl. III. 23, 55: *non quia repentina.*

7. *amatorem*, von bleibender Eigenschaft (z. B. Hor. Epist. I. 1, 38), *amantem* vom einzelnen Falle gesagt.

10. *vitiis.* Über die Bedeutung von *vitium* s. zu 13, 29.

Ergo — misericordes, sc. *dicuntur* ‘haben ihren Namen’.

11. *proclives — feruntur*, vgl. Lael. 12, 41: *res, quae proclivis ad perniciem, cum semel coepit, labitur*; jedoch findet sich in ähnlicher Verbindung auch das Adv. statt des Adj., wie unten 18, 42: *proclivi labuntur*; de fin. V. 28, 84: *proclivi currit oratio.*

12. *Haec proclivitas ad suum quodque genus* ‘diese Neigung der einzelnen zu ihren respektiven Fehlern’. So wird *quisque* bei der Beziehung mehrerer Subjekte auf verschiedene Dinge stets mit *suus* übereingestimmt; vgl. de or. III. 57, 216: *vox cita tarda, magna parva, quas tamen inter omnis est suo quoque in genere mediocris.* Übrigens weicht diese Darstellung von der Theorie der Stoiker ab, nach welcher das ἀῤῥώστημα (*aegrotatio*) von der εὐεμπτωσία oder εὐκαταφορία (*proclivitas*) insofern verschieden ist, als jene von dem Urteil ausgeht, diese auf einer Naturanlage beruht.

16. *facilitas* ‘Anlage’, *proclivitas* ‘Geneigtheit, Hang’.

17. *in neutris.* Die Stoiker teilten nämlich alle Dinge in gute, schlechte und gleichgiltige (ἀδιάφορα).

superius nomen: facilitas.

18. *morbus* ‘Krankheit’, *aegrotatio* ‘Siechtum’, *vitium* ‘Gebrechen’.

20. *morbum cum imbecillitate*, s. 8, 18 zu *aegritudo ex eo.*

distortio, deformitas. Itaque illa duo, morbus et aegrotatio, ex totius valetudinis corporis conquassatione et perturbatione gignuntur, vitium autem integra valetudine ipsum ex se cernitur. Sed in animo tantum modo cogitatione possumus morbum ab aegrotatione seiungere. Vitiositas autem est habitus aut adfectio in tota vita inconstans et a se ipsa dissentiens. Ita fit ut in altera corruptione opinionum morbus efficiatur et aegrotatio, in altera inconstantia et repugnantia. Non enim omne vitium paris habet dissensiones, ut eorum, qui non longe a sapientia absunt, adfectio est illa quidem discrepans sibi ipsa, dum est insipiens, sed non distorta nec prava. Morbi autem et aegrotationes partes sunt vitiositatis, sed perturbationes sintne eiusdem partes, quaestio est. Vitia enim adfectiones sunt manentes, perturbationes autem moventes, ut non possint adfectionum manentium partes

3. *vitium — cernitur.* Sinn: Ein einzelnes Gebrechen hat keinen Einfluſs auf den Gesamtkörper, der dabei gesund sein kann, und man erkennt es daher nur an sich selbst, d. h. an einem einzelnen, mit dem Ganzen disharmonierenden Teile.

4. *Sed in animo* cet. Sinn: Bei dem Geiste aber ist es anders, indem hier *morbus* und *aegrotatio* nur in der Vorstellung gesondert werden können, die *vitiositas* aber mit Gesundheit des Geistes unvereinbar ist.

5. *Vitiositas* bedeutet hier dasselbe als *vitium*. Der Wechsel des Ausdr. ist durch das in den griechischen Quellen vorgefundene *κακία* veranlafst, mit welchem die Stoiker sowohl den fehlerhaften Zustand überhaupt im Gegens. zu der Gesundheit der Seele, als auch ein einzelnes Gebrechen derselben, wie *ἀφροσύνη, δειλία, ἀδικία* u. a. (Diog. L. VII. 95), d. i. die aus der Unwissenheit hervorgehende Unfähigkeit, eine einzelne Tugend auszuüben, bezeichnen. Innerhalb jedes Gebrechens sind noch zwei verschiedene Grade (*inconstantia* u. *repugnantia*) zu unterscheiden, so dafs diese beiden Unterarten des *vitium* (ungenau) den *morbi* und *aegrotationes* gegenüber gestellt werden können, welche letzteren aber unter einander nicht quantitativ, sondern qualitativ verschieden sind. In sprachlicher Hinsicht ist noch zu bemerken, dafs die Attribute *inconstans* und *a se ipsa dissentiens* (sowie die unten folgenden) mit einer in Definitionen nicht seltenen Kürze der *adfectio* des Geistes statt dem Geiste selbst zugeschrieben werden.

habitus (*ἕξις*) und *adfectio* (*διάθεσις*) werden hier von Cicero als gleichbedeutend gebraucht, während die Stoiker den Unterschied machen, dafs *ἕξις* eine verschiedener Grade fähige Eigenschaft, *διάθεσις* aber einen unabänderlichen, keiner Steigerung fähigen Zustand bezeichnet.

10. *discrepans sibi ipsa = inconstans*; *distorta* 'verschroben', tropisch, wie de fat. 8 extr.: *Multa genera sunt enuntiandi, nec ullum distortius quam hoc.*

12. *vitiositatis.* Indem jetzt Cic. dieses Wort in der allgemeineren Bedeutung nimmt, verwirrt er nicht blofs den Zusammenhang, sondern fügt auch eine ganz überflüssige Bemerkung hinzu.

14. *moventes* 'wechselnde'; eigentlich 'sich bewegende', vgl. I. 23, 53. So de fin. II. 10, 31 (nach Epikur. Lehre) *movens voluptas* im

esse. Atque ut in malis attingit animi naturam corporis similitudo, sic in bonis. Sunt enim in corpore praecipua, valetudo, vires, pulchritudo, firmitas, velocitas, sunt item in animo. Ut enim corporis temperatio, cum ea congruunt inter se, e quibus constamus, *sanitas*, sic animi dicitur, cum eius iudicia opiniones concordant, eaque animi est virtus, quam alii ipsam temperantiam dicunt esse, alii obtemperantem temperantiae praeceptis et eam subsequentem nec habentem ullam speciem suam, sed, sive hoc sive illud sit, in solo esse sapiente. Est autem quaedam animi sanitas, quae in insipientem etiam cadat, cum
31 curatione medicorum conturbatio mentis aufertur. Et ut corporis est quaedam apta figura membrorum cum coloris quadam suavitate eaque dicitur *pulchritudo*, sic in animo opinionum iudiciorumque aequabilitas et constantia cum firmitate quadam et stabilitate virtutem subsequens aut virtutis vim ipsam continens pulchritudo vocatur. Itemque *viribus* corporis et nervis et efficacitati similes similibus quoque verbis animi vires nominantur. *Velocitas* autem corporis *celeritas* appellatur, quae eadem ingenii etiam laus habetur propter animi multarum rerum brevi tempore percursionem.

Gegensatze zu *stans voluptas*. Ebenso wird auch öfter *vertere* und *convertere* medial gebraucht.

1. *attingit an. naturam corp. similitudo — corporis natura animi naturae similis est.* Vgl. 10, 23.

2. *valetudo*, s. d. kr. Anh.

3. *Ut enim corporis* cet. Stob. Ecl. eth. p. 168: *ὥσπερ γὰρ τὴν τοῦ σώματος ὑγίειαν εὐκρασίαν εἶναι τῶν ἐν τῷ σώματι θερμῶν καὶ ψυχρῶν καὶ ξηρῶν καὶ ὑγρῶν, οὕτω καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ὑγίειαν εὐκρασίαν εἶναι τῶν ἐν τῇ ψυχῇ δογμάτων.* Zu *temperatio* vgl. I. 10, 21.

5. *sic — dicitur*: so spricht man von —.

6. *eaque animi est virtus.* Subjekt ist die *sanitas animi.*

temperantiam. Vgl. 9, 32: *Temperantia sedat appetitiones et efficit ut eae rectae rationi pareant conservatque considerata iudicia mentis.*

8. *nec habentem ullam speciem suam*: 'ohne selbständig in die Erscheinung zu treten'.

10. *animi sanitas* cet. Sinn: Hier ist nicht die Rede von derjenigen *sanitas animi*, welche nach der volkstümlichen Anschauung auch der Nichtweise besitzt, sobald er von keiner Geisteskrankheit behaftet ist.

13. *eaque dicitur pulchritudo.* Vgl. de off. I. 28, 98: *pulchritudo corporis apta compositione membrorum movet oculos et delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt.*

15. *virtutis vim ipsam continens*: 'welche das Wesen der Tugend selbst in sich schliefst'.

16. *pulchritudo vocatur. Pulchr. animi* ist nur stoischer, nicht latein. Sprachgebrauch.

18. *celeritas appellatur*, d. h. in der Anwendung auf den Geist.

19. *animi multarum rerum — percursionem* (Flug), s. II. 15, 35 zu *functio — animi — operis.*

Illud animorum corporumque dissimile, quod animi valen- 14
